



**CYPRVS** vna est ex maximis Mediterranei insulis, in Mari Magno sita, & regione Syriæ ac Ciliciæ, 40. ab Hierosolymis versus Septentrionem miliaribus. in circuitu suo 3420. stadia complectitur, quæ efficiunt miliaria Germanica 170. quamuis situs eius non rotundus sit, sed triangulari constet longitudine. Frugifera admodum est, tantæque capacitatis vt in ea nouem olim Regna constituisse referat Plinius. Smaragdi multi, itemque Adamantes, & Crystalli in hac insula reperiuntur. Aluminis quoque multum ac pretiosum metalli. multumque sacchari, vini, gossypij, & integram sylviam arborum diuini Ioannis panem (vt vocant) proferentium. In hac etiam insula excelsus ille Olympus mons existit, multæque vrbes egregiæ, quarum primaria est Cythera Veneri sacrata, vnde & Cytherea cognominatur. Præterea Salamin, & Paphos, in quibus Paulus & Barnabas Euangelium olim prædicarunt, aliæque plures. A tempore natiuitatis Christi plurimi in Cypro Reges imperarunt, donec in Venetorum quoque potestatem perueniret, qui quotannis septem ex ea Auri vasa (vt hodie vocant) deportarunt. Cogebantur tamen Veneti continuum ac numerosum præsidium in Famagusta vrbe sustentare, non sine trimum Auri vasorum sumptibus. Quamuis autem Insula hæc 5000. passus à continente Ciliciæ distet, cæteruatim tamen cerui ex Cilicia in hanc insulam natæ solent, dum (Plinio teste) sequentium singuli capita sua præcedentium clunibus imponunt. Ex hoc etiam commendatur insula hæc, quod sine aliarum regionum auxilio ingentes in ea naues extrui possint. præcellæ enim arbores, lignaque propter meram duritiem ad ædificandum aptissima, malisque naualibus valde accommodata. Pix quoque & resina ibidem reperitur, quibus illiniri instrumenta nautica possunt: funes etiam & linteum ad velorum comparationem. Olim metropolis eius Paphos erat, Cypris quoque dicta, à qua postmodo ipsa insula nomen mutuauit: hodie tamen Famagusta est, vrbs turribus ac propugnaculis bene munita, tam à terrestri quam à Marina parte. Octo inde miliaribus Nicosia distat, vbi olim Cypriorum Regum sedes & aula fuit. Et prope Limiso vrbes (quam Sultanus quidam Aegyptius vastauit) in insula hac fluuiolus est, tanta immundorum verticium colluue refertus, vt nemo loca ista inhabitare possit: nisi quòd cœnobium in vicinia sit, in quo monachi permultas alunt feles, quæ (vt Munsterus scribit) rus petentes ingentem harum sordium aceruum moribus trucidant, & ad campanulæ signum statuto tempore cœnobium repetunt ad Ientaculum siue prandium sumendum. Cyprus quoque bonum & pulchrum producit sal, quod glaciei in modum è terris exciditur & coaceruatur. Duos habet insula hæc fluuios celebriores ex Olympo monte scaturientes, Lycus versus Meridiem, & Lampetus versus Septentrionem. Messem Cyprus in Vere suam habet, totaque hyeme pecudes pascua rudent: æstate verò vbi calor inualuit, domi pecudes aluntur, quòd pascua ardore solis exusta gramina non producant. Anno Christi 1570. acie inter Venetos & Turcas bellum exarsit huius insulæ causa: inuasitque Selimus Turcarum Imperator insulam hanc, vrbesque Nicosiam 9. Septembris die summa vi expugnauit, crudelissimè in deuictos sæuiens, postquam annos 97. Venetorum imperio subiecta fuit. Anno proxime sequenti, scilicet 1571. Cal. Aug. pulcherrimam Famagustæ vrbes deditioe capit; nullam tamen Tyrannus ille Selymus Christianis fidem seruat, sed pium istum militiæ Ducem Bragadinum Venetum immani ac diuturna morte necari curauit. Perfidia tamen suæ dignissimas vno saltem anno elapso luit pœnas, dum Veneti eum fortissimè in Mari Aegæo cedunt, dupliciter damnum sibi nuper illatum compensantes, non sine singuli auxilio & fauore diuino. Salamin præcipuarum vrbiuum vna ab Hierosolymis 49. in Septentrionem distat miliaribus, extructa olim à Teucro Salaminis insulæ Regis filio, quæ non ita procul ab Athenis in Mari sita est. Teucus enim hic à bello Troiano domum reuersus, Aiæcis fratris sui nece necdum vlta, à patre suo (Rege nimirum Telamone) reijcitur, profugus igitur in Cyprum veniens, vrbes hanc à se conditam patriæ suæ nomine insigniuit. Ad hanc vrbes Paulus & Barnabas relicta Cilicia Cyprum petentes appulerunt. Scribit D. Hieronymus Iudæos Traiani Cæsaris tempore insulam hanc vastasse, & viuos omnes interemisse. Restaurata postmodum, Constantia est appellata. Ex Salamine hac etiam Solon 7. Sapientum vnus prodijt. Nostro q-



CYPRVS INSVLA

Citina, Cerastim, Aspelia, Crypto  
Collina, Anachasia, Paphia, Nicosia, et deinceps  
Cyprus hec insula dicta est, quae vna graeca tenere  
significat, quod admodum in venerabilibus, et in Osmo  
po nunc et erit templum, cuius ingressus vltimaque  
iuberit interdicatur. Mare hoc Pampylum  
quod antea Scythias sinus dicitur, antea quoque percolepsi  
nunc erat, maxime dicitur inter ditione et in Cyprum  
datus, sed vixit etiam in finibus eius quibus redemptor  
nostris crucifixus est, dicitur per beatam, dicitur Constat  
in vna parte, et in altera et per vna insula aduenit  
An. 1574. insula haec a Seleuco Rex, hoc tenere cepit.

SEPTENTRIO

PAMPYLIVM  
MARE

Scordili  
Chari  
Cathra  
S. Nicola  
Paphia  
Carpasia  
Petro insula  
Nicosia  
Vicothia  
Famagusta  
S. Pazaras  
Lycopetra  
C. Pila

MARE ORIENTIS

SYRIA

AMALCHUSIA

CVM

MERIDIES

OCCIDENTIS

Aegyptium Mare

Insula haec antiquis diuicis abundantans, et mollis habi-  
ta fuit, deliciae ac bona plurimum dedita. Ex regalibus, vrbibus fac-  
rant. Paphia tota in Paphia regione, quam Iosephus presbiterus  
claudis, Agamenonius regis condidit. Paphia vltima, quae in eadem re-  
gione exarabat, Veneti dicitur. Cetera quoque tota insula nomen dedit  
in qua Veni, arca fuit, sed hodie non amplius exstat, eiusque in loco est  
oppidum Conucia, ex principibus tota insula, et pappi, sicchari, et  
aque abundantans. Amathus vltima alia sacra, nunc destructa est.  
Cerrania a Orro condita perhibetur, cum nouem Reges insula sub-  
iugisset, haec arcem habet, sacris custam, clementer etiam coelis et  
quous alia insula pars fructus. Nihil regalis stupor, sedus fuit,  
fuit et, Archiepiscopus, insula in plantis, Acilia. Famagusta in  
vna insula, tota regni imperia, summa a dicitur, quae insula  
vltima abbas destruxit, et insula sub dicitur, et vltima in circulo  
1600.000. habitatione

Colony, formula iam diffinuerit

Celle, gazo



uo Salamin hæc (quæ postea quoque Constantia appellata fuit) Famagusta nominatur. Paphos vrbs est maritima, in qua insigne Veneri templum extabat. D. etiam Hieronymo teste vrbs hæc crebriori terræ motu penitus diuisa & labefactata iacuit, ita vt sola rudera præclaræ olim vrbs indicia extiterint. In hac vrbe D. Paulus Elimam magum excitauit, & Sergium præfectum ad fidem conuertit. Nomen traxisse videtur à Papho, filio Pygmalionis egregij istius artificis, qui in insula hac pulcherrimam istam virginis statuam ex ebore formauit. hodie vrbs hæc Bassa appellatur, valde diruta iacens, ruderibusque suis insignis quodam vrbs testimonia relinquens, vt pote murorum ac templorum, & in medio vrbs turrim in monte sitarum, quas Sergij præsidis fedes fuisse conijcitur. Acto. 13. Paterus & isthuc addit: Constantini Imperat. tempore continuis septendecim annis nullè hic fuere pluuiz, vnde deserta mansit, donec D. Helenæ beneficio in Olympo monte templum ædificaretur, & frusto ligni sanctæ Crucis donaretur: exinde pluuiz redierunt, ac habitari denuo

ccpx.

